



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Filia Comitiss Hocstratani veheme[n]tissima febricorrepta, diuinitus ab
eade[m] euadit libera, misso cursore, qui apud Cheruia[m] sacrum fieri
curaret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

aula cum infantulo Cheruiam venerunt, omnique cum humilitate Deo ac misericordissimæ Dominæ in eius cœdula gratias, egerunt,

FILIA COMITIS HOCSTRATANI

vehementissima febre correpta, diuinitus ab eadem euadit libera, missio cursore, qui apud Cheruiam sacrum fieri curaret.

CAPVT XLIII.

ANno 1585. mense Ianuario domina Margareta Lalania Hocstratani comitis filia, cum Duaco se dedisset in viam Leodunum versus, vt matrem morti proximam iuuiseretur, subitanea febre eaque tam vehementi correpta est, vt eam Cospeanus & Bienius medici incurabilem ac letalem esse affirmarent. Eoque tandem ventum est, vt extremæ vntionis sacramentum Montibus Hannoniæ petere cepit, nulla iam ei reliqua cuiusquam rei notitia. Tum communi sensu & consensu decretum fuit, vt cursor Cheruiam mitteretur, qui sacrum eo loci fieri procuraret: vt autem ipse ad oppidum peruenit, portam oclusam offendit. Verum circa mediæ noctis densas tenebras ægra gallico & flandrico idiomate exclamat gembundo spiritu, simulque creatoris sui petit gratiam & eius inuocat misericordiam.

cordiam. Die immediatè subsequenti mane,
illa ipsa hora qua cursor ingressus est Cherui-
am, meliuscule habuit, asserens sibi de nocte
sanitatem reuelatam, complera peregrinatio-
ne. Quod & contigit: nam & ab illo tempore
bene sano & affecto corpore inceptum iter
prosecuta est, quod visendæ matris causa sus-
ceperat, nullis è morbi sui reliquijs afflictà in-
commodis & vitæ ærumnis, quas ordinariè
patiebatur.

QV I D A M S P A T I O Q V A T V O R
mensium grauius ischiadico dolore oppressus ab eo-
dem planè diuinitus liberatur, vbi sei-
psum pie deuouit B. virginis
Cheruiensi.

CAPVT XLIV.

A Nno 1585. Vincentius Dionisius Fa-
berlingnarius habitans Montibus Hã-
noniæ per quatuor menses extremè ischiadi-
co dolore correptus fuit, absque vllò sui leua-
mine, non obstante quocunque medicorum
ac chirurgorum ope & indultria, quorum ipse
multoties subsidium postularat. Simulatque
autem gloriosæ Dominæ Cheruiensi seruiti-
um suum deuouisset, acutis suis doloribus
plenè perfecteque liber effectus est, primoque
Septembris die Cheruiam venit gratias actu-
rus matri misericordiæ. Sic propria manu
scriptum.

RELI-